



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XVII. Quo modo diabolus hominem sæpe per pia proposita impediat à profectu virtutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



CAPVT XVII.

*Quòd diabolus hominem saepe per
pia proposita decipiat, et à
profectu virtutum
impediat.*

PRÆTER haftenus detectos
diaboli dolos, etiam alius
hic detegendus est: per pium
propositum desideriumq; pu-
gnandi contra præterita pec-
cata grauiora. Id enim pro-
ptetera homini suggerit, vt
dum in his animum suum oc-
cupat, suorum quotidianorū
peccatorum quibus tamen ve-
hementer obnoxius est, obli-

*Certa-
men cō
tra pec-
cata
præter-
ita nō
semp
suscipi-
endum*

G ; ui-

uiscatur, nullamque contra ea pugnam suscipiat. Qui autem suæ salutis curam habere uoluerit, debet præcipuè cum uitijs proximis certamen subire, eaque vincere & à se procul fugare. Quod quia sæpe negligimus, fit ut in multa mala prolabamur: uelut qui noua semper accipiunt vulnera & nullam quærunt medicinam. Nec veremur nobis inter hæc etiam persuadere, quòd benè egerimus: quamobrem & propriam complacentiam in ista pugna contra peccata præterita, & latentem in nobis superbiam verè prodimus.

Vn

Vnde & videre licet multos, qui ne verbum quidem *In quo*
durum, nedum verbera, pla- *rundā*
cido animo suscipere, perfer- *morosi*
reque possunt; tamen si frequē *tatem,*
tes sint in sublimibus contem- *sive spi*
plationibus, in ijsque sibi pro- *ritua-*
ponant, etiam purgatorij pœ- *lem su-*
nas, purè propter amorē Dei *perbi-*
patienter sustinere. Cumque *am.*
ipsorum voluntas inferior si-
ue Sensualitas, nihil quod mo-
lestum sit doloremque afferat,
in se sentiat: tantumque ad fu-
turas calamitates respiciat;
profectò valdè ineptè ac te-
merè sibi imaginantur, se ex
eorum esse numero, qui sum-

mè patientes sint, & ipso facto multa graua sustinere pro Deo valeant.

Vt ergo, dilecte fili, dolū hunc effugias, propone tibi, non solū animo, sed & ipso facto pugnare cum proximis hostibus tuis, qui & molesti tibi valde sunt, & ipso opere aduersantur. Inde facile cognosces, an illa proposita tua vera an falsa, firma an debilia sint. Nec possum tibi vllō modo suadere, vt pugnare cōtendas contra hostes, qui te non infestant; nisi certō deprehendas, eos te breui inuasuros. Sic enim tibi licet cōtra

eos

eos pugnare priusquam in te
veuiant, vt deinde in ipso cō
flictu te sentias fortiorem.

Nolim tamen tibi vt per-
suadeas, te per pugnam ante-
cedentem, hostes tuas iam su-
perasse; nisi multo iam tempo-
re in virtutum studijs exerci-
tatus sis. Huiusmodi enim vi-
ris, ob insignes ac sublimes
perfectionis gradus, permis-
sum est suscipere proposita pu-
gnandi contra peccata præte-
rita grauiora, etiamsi leuiora
nonnulla delicta, ex singulari
Dei prouidentia superare non
possint: videlicet vt permane-

G 5 ant

154 CAP. XVII. Pugna
ant in humili agnitione pro-
pria imbecillitatis.

Sed qui negligentes sunt in
superādis leuioribus delictis,
putantque se grauioribus fa-
cile posse resistere; insigniter
vani sunt ac præsumptuosi, in-
ciduntq; in laqueos diaboli.
Haud secus atque ab omnibus
rideretur qui se fineret ab im-
belli homine vulnerari ac vin-
ci: & iactitaret quòd cum ro-
bustissimo quocunq; non ve-
reretur in arenam descende-
re.

CA.